



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

viiij. De prohibita beneficiorum multiplicitate, & sectione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

verò in viui sacerdotis præben- A
dam suam non abiurantis locū
sciens substitui se patitur, præ-
benda priuatur, & ab Ecclesia-
stica communione pellitur eo
ipso, quòd se passus est viuo sa-
cerdoti successorem dari.

Postremò non lateat, in cau-
sis quorumcunq; beneficiorum
procedi simpliciter & de pla-
no, sine strepitu & figura iu-
dicij.

QVIBVS MODIS

beneficia vacent,

TITVLVS VII.

T ne quis fortè ambigat,
A quādo beneficia vacare di-
cantur, huic quoque rei ex B
parte satisfaciemus.

Vacare igitur potest benefi-
cium morte, vel renunciatione
eius, qui illud fuerat assecutus:
siue simplex sit renunciatio, si-
ue permutationis causā facta.

Item si pænæ causa ob deli-
ctum quis fuerit priuatus bene-
ficio. Item si quis ad Episco-
patum electus fuerit, & confir-
mationem electionis accepe-
rit, Ecclesiasticorumq; bonorū
administrationē habuerit, de-
curso tempore consecrandis E-
piscopis à Canonibus diffini-
to, is, ad quem spectat, benefi-
cia, quæ habebat, disponere li-
bere potest. Quin & genera-
liter, vbicunq; secundū benefi-
cium quis assequitur, quod vel

curā habeat, vel dignitatē anne-
xam, prius ipso iure vacabit, cui
vel dignitas, vel cura inhære-
bat: quod & infrā dicemus.

Episcopo quoq; ad aliam se-
dē propria authoritate se trans-
ferente, eiusq; possessionē ade-
pto, prior eius sedes vacua fiet.

Vacuū quoq; fiet beneficium
parrochū, differente eo, cui fue-
rat cōcessum, vltra annū sacer-
dotalis ordinis cōsociationem
assequi. Itē vacat beneficium
clerici, qui matrimonium con-
traxit. Nec deerunt fortè &
alij modi, qui studiosis lectori-
bus Canonicas constitutiones
diligenter inspicientibus oc-
current.

Illud sciendum, debere Epi-
scopum, aut alium, qui benefi-
cia conferat, modum exprime-
re, per quem beneficiū à se col-
latum vacet: nec satis fore, si di-
xerit, vacantem se Ecclesiam
conferre.

DE PROHIBITA BE-
neciorum multiplicita-
te, & sectione,

TITVLVS VIII.

Sed & ne, dum clerici opibus
Ecclesiasticis supra modum
augentur, & plurium Eccle-
siarū curæ præficiuntur, vel ran-
to oneri succumbāt, & aliquas
ex Ecclesijs suis debito ministe-
rio destitutas esse patiātur, quæ
singulæ singulis creditē melius

g e. de multat.
ubi Abb. 3.
no. Extrat.
excerabilis.

h e. quanto. de
trāsla. Epi
scop.

i e. licet canō.
e. cōmissa.
de elect. in
6.

k glos. e. 1. de
ele. coniug.
in 6. Ab. c.
1. extr. co.

l Bertram. cō
fil. 132. nu.
19. l. 2. Re
bus. tit. ve-
quisita ad
collationē.
n. 61.

a e. 1. extra.
de præb.

b de. dispen-
dios. m. de
iudic.

c e. susceptū.
de rescript.
in 6.

d to. t. de rer.
per.

e e. ex literis.
e. graue. de
excess. præ-
lat.

f e. cum in cū
tis. 6. cūm
uerò. de e-
lect.

*e. quia non-
nulli. ubi
Ab de cler.
non residē.*

fortasse fuissent administratæ: vel, ne fortè amplis luxuriantes diuitijs clerici nimium esferantur, dum ipsis redvndat, quod alijs deest: &, ne desint, quæ alijs clericis suppeditari possint, Ecclesiæ facultates, si pauci eas exhauriant: idcirco statutum est, ne quis clericus beneficium, aut dignitatem habens, aliud insuper beneficium assequi & retinere cum priore possit, nisi tamè alterum ex his simplex sit, & in quo residere minime oporteat ex consuetudine, & angustius, quàm ut eo clericus honestè subleuari possit, vel nisi vnum alteri annexum sit.

*b. Ab. c. cū iā-
dudum. col.
pe. nu. 8. et
c. extirpan-
dæ. §. quia
uero. n. 34.
in rep. de
præb.*

Quæ cura Episcopo incumbet, ne patiatur suos clericos plures Ecclesias eodem tempore habere.

*c. d. c. extirpā-
dæ. §. quia
uero.*

At si quis contra hæc præcepta eodem tempore plura beneficia tenere non dubitarit, hodie aliam, quàm olim vindictam sentiet: nam, ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, sciendum est, quater in hac re diuersis quatuor temporibus variatum esse.

*d. ca. quia in
tantum. de
præb. et c.
ordinarij.
de offi. ord.
in 6.*

Et primum quidem Alexander tertius constituit, ut qui duas Ecclesias, seu curatas, seu cura carentes, duasve dignitates, aut duos personatus haberet, vtrum ex eis retinere vellet, optare posset, alterum autem omnino ut dimitteret. Sed Conciliū Lateranense hanc constitutionem nimium mitem iudicans,

*d. c. referen-
te. c. præter
ea. de præ-
ben.*

A noluit ut res deinceps in clerici arbitrio esset, cum vtrique beneficium vel dignitas, vel personatus inesset, vel animarum cura, sed ut beneficium posterius huic omnino auferretur, & potestatem conferendi posthac amitteret, qui illi postremum contulisset. Sed hoc tamen beneficium ex hac constitutione ipso iure non vacabat: quare Innocentius tertius in generali Concilio statuit, ut beneficium cum cura habens, vel dignitatem, vel personatum, si aliud simile beneficium, vel dignitatem, vel personatum accepisset, beneficio priore, vel dignitate, vel personatu, tamque ipso iure vacantibus cederetur priuatus.

Itaque ex Innocentiana constitutione non secundum, ut ex Concilio Lateranensi, sed primum auferretur, idque ipso iure, quod ex eo Concilio non erat. Sed & hæc Constitutio locum non habet, nisi prius beneficium, vel curæ onus, vel dignitatem, vel personatum haberet, licet secundum ex illis esset. Neque huic constitutioni locus erit, etsi quis personatum cum cura animarum & Ecclesiam parrochiam præbendam annexam eodem tempore habeat. Illud quoque addidit, ut, si quis post vnum beneficium & alterum assequutus sit, & prius nihilo minus retinere perseverauerit, utroque sit priuatus: multaque alia, quæ omnia

*f. c. quia non-
nulli. de cle-
ri. non resi.*

*g. c. de multa.
ubi Abb. 3.
no.*

*h. c. super co.
de præb. in
6.*

et si

et si viderentur constituta prudenter, satis tamē plenē Ioanni XXII. non fecerunt: quare is adiecit, vt quicumq; secundum curatum beneficium, vel dignitatem, aut personatū acceperit, nisi confestim post adeptam secundam quietam possessionē primum re ipsa publicis personis presentibus dimiserit, vtroq; sit ipso iure exutus: quæ si nihilo minus pertinaciter retinere cōtenderit, ad aliud quodcunque Ecclesiasticum beneficium indignus admitti deinceps iudicetur^a. In religiosis verò Clericis iam tum à Bonifacio VIII. statutum fuerat, vt si habens Prioratum, vel Ecclesiam cum cura animarum, aliud quoq; simile accepisset, potestate à summo Pontifice nō facta, primum ipso iure vacare cēseatur: quod si confestim à se non abdicarit, tanquam ambitiosus ab vtroq; arceatur, & amplius eligi non possit^b. Est tamen sciendum, quod nisi posterioris beneficii fructus percipere possit, constitutionis suprā scriptæ pœnæ non erit obnoxius, putà si illius posterioris beneficii fructus, sicut etiam aliorum vacantium, ad certum tempus alicui sint concessi^c.

Quæ hætenus differuimus de beneficiorū exaggeratione à Iure interdicta, secundū iuris cōmunes regulas procedunt: verū iuris communis obser-

uationē relaxat interdum, vbi Ecclesiæ vtilitatem hoc postulare vider, summus Pontifex, vel Episcopus, vel ex personæ meritis, veluti dignitate, integritate, scientia, plurimo rerum vsu, vel etiam nobilitate, indulgendo vt beneficia plura alicui liceat eodem tempore habere: & si quidem vtrumque beneficium animarum curam gerat, vnus erit hæc autoritas indulgendi summi Pontificis: sin vel vtrumque, vel eorum alterum simplex sit, Episcopus quoque gratiā facere poterit, nisi vtrūq; in eadem Ecclesia existat, imò et si plura sint, quàm duo, sed vni tantum ex eis cura animarū sit, poterit nihilo minus Episcopus indulgere, si Ecclesiæ vtilitas id suadeat, & causa iusta sub sit: quod nonnulli extendere volunt, & si duo curata essent, si publicæ vtilitatis spiritualis studio magis, quàm personæ meritis ducatur^d.

Cæterum, sicut, quibus suprā dictum est modis, sacri Canonnes invigilant, ne vni plura beneficia accumulētur, ita è conuerso prohibent ad vnum beneficium plures personas admitti, ne vel beneficium hoc modo scindatur, vel eorū vnus, aut alter expectet, dum à socio vacet, itaq; eius mortē optet^e: sicut neq; duo eiusdem Canoniciatus, vel præbendæ socij esse possunt^f.

^a Extratrag. execrabilis.

^b c. cū singula. in princip. in 6.

^c e. si tibi concessio. ubi gl. de præb. in 6.

^d Abb. ca. de multa. non. 19. & ca. extirpandæ. §. quia uerò. nu. 43. uers. ex his sequatur.

^e c. maioribus. ca. tuæ fraternitatis. de præben. c. dilecto. de præben.

Si tamen præbenda ita opulenta sit, ut duobus vicis modè præbere possit, in duas scindi eam licebit, nec Turonense Conciliū hoc improbat, quæ si partes sectæ non sufficerent, ambæ essent per sectorem ex præbendis alijs vacantibus augendæ^a, earum fructus præbendas sectas habentibus pro parte tribuendo, dum tot fructus ex eis supersint, quot Canonico sufficiant: alia enim præbenda attenuari non debet, ut alia locupletetur^b, nisi necessitate impellente^c. Si verò aliqua præbenda Cathedralis Ecclesiæ ita inops sit, ut clerico ad victum opportunū non sufficiat, capella ei annecti poterit, dum ne illius presbyter & ipse congrua portione defraudetur, si Capella utriusque satis esse potest^d.

Animadvertere autem debet is, qui conferendi potestatem habet, ne ex affectu carnali, sed sano, & recto iudicio Ecclesiasticum officium, vel beneficiū, & in personam, quæ magis visa fuerit idonea, locet. Item ut neque ex pactioe, vel conventionē quacunque conferat, nec sibi retineat ullam redituū portionem, aliòve modo beneficiū diminuat. Consultius etiam fuerit, si palàm, nõ clàm beneficiū contulerit^e.

a. c. vacante. de præben.

b. ca. cum causam quæ. ubi Abb. de præb.

c. si. de iur. sig. ca. ex parte. de constit. gl. d. c. vacante. in si. mag. glo.

d. c. exposuisti nobis.

e. c. in. ut Ecclesiæ benefici.

A DE PENSIONIBVS,
TITVLVS IX.

ET si beneficia integra conferri debeant, non diminuta, potest tamen interdum aliqua ex his decessio fieri, ut fructuum portio ab eis detracta alicui suppeditetur: quæ portio Pensio appellatur, eaque vel in titulum beneficij solet assignari ei, qui ad Ecclesiasticos ordines recipitur, vel vexationis redimendæ causa, quæ Rectori beneficij, modò procurata non sit, ab aliquo in iudicio inferitur, interdum & illi exoluitur, qui suum beneficium alteri celsit, ne interea, dum superstes est, vitam inopem ducat, aliòve de causa: sed & remunerationis gratia alicui nonnunquã constituitur, veluti si cuius opera utatur Ecclesia.

Nec refert, an is Clericus, an Laicus sit.

Moderatam tamen pensionem esse oportet, ne vsque adeo beneficium extenuet, ut eius Rectori non supersit, vnde sustentari valeat. Hinc serè obseruari solet, ut non maiorem tertiam partem beneficij deducat, id est, ut quantitas fructuum, quæ ex beneficio in pensionem detrahitur, tertiam partis annui redditus beneficij onerati summam ne transiliat. Quod eò dictum voluimus, ne cui persuasum sit, posse pensionem
per